



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXI. De bono. Et habet articulos sex.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

prophetia est quadam imperfecta participatio illius visionis. qua videntur res in verbo, que cum in Christo perfecta fuerit, imperfectio a prophetie in Christo locum non habuit. patet et quod Christus hanc scientiam habuit plenioram quam Adam, quia Adam per hanc scientiam non cognoscebat substantias separatas creatas, Anima vero Christi cognoscebat. Ad hoc enim se extendit naturalis cognitio anime separate, non autem coniuncte corpori corruptibili.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod capacitas anime humane se extendit ad determinatum genus cognoscibilem: non autem ad determinatum numerum in illo genere.

AD SECUNDVM Dicendum, quod intellectus est in potentia ad omnia intelligibilia recipienda, que possunt fieri per intellectum agentem, de quo Philo. dicit, quod intellectus agens est quo est omnia facere: hanc autem sunt que a phantasmatibus abstrahuntur, & in quorum cognitionem devenire possumus per principia naturaliter cognita. & ideo ad hanc tantum intellectus possibilis est in potentia naturali. horum autem omnium per hanc scientiam Christus notitiam habuit. Unde in eius intellectu nulla imperfectio fuit.

AD TERTIVM Dicendum, quod pro tanto Christus in hac scientia, quantum ad habitum proficere non potuit: quia talis scientia secundum rationem sui generis ad plura se extendere non potest, quam Christus per eam sciret: dicitur tamen in Evangelio sapientia proficisse quantum ad experientiam eorum, que habitu sciebat.

QVAESTIO XXI.

De Bono.

In sex articulos divisa.

- ¶ Primo, Vtrum bonum addat aliquid supra ens.
- ¶ Secundo, Vtrum ens & bonum conuertantur secundum supposita.
- ¶ Tertio, Vtrum bonum secundum rationem sit prius quam verum.
- ¶ Quarto, Vtrum omnia sint bona bonitate prima.
- ¶ Quinto, Vtrum bonum creatum sit bonum per suam essentiam.
- ¶ Sexto, Vtrum bonum creature sit in modo, specie, & ordine, ut dicit Augustinus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum bonum aliquid supra ens addat.

QVAESTIO est de bono. & primo queritur, vtrum bonum aliquid addat supra ens. & vtrum sic. unum quodque enim est ens per essentiam suam. Creatura autem non est bona per essentiam, sed per participationem. ergo bonum addit aliquid secundum rem super ens.

¶ 2. Præter. Cum bonum in ratione sua includat ens, & cum bonum secundum rationem distinguatur ab ente, oportet quod ratio boni addat supra rationem entis, sed non potest dici quod addat supra ens aliquam negationem, sicut unum quod addit super ens in diuisione, quia tota ratio boni in positione consistit. ergo positionem addit super ens, & ita vtrum quod aliquid realiter addit. sed dicendum, quod addit respectu ad finem.

¶ 3. Sed contra, secundum hoc bonum nihil aliud esset,

quam ens relatum: sed ens relatum concernit determinatum genus entis, quod est ad aliquid. ergo bonum est in aliquo vno predicamento determinato, quod est contra philosophum in 1. Ethic. vbi ponit bonum in omnibus generibus.

¶ 4. Præter. Vt potest accipi ex dictis Dion. in 4. c. de di. no. bonum est diffusiuum sui esse, ergo per hoc est aliquid bonum per quod est diffusiuum sui: sed diffundere importat actionem quandam, actio autem ab essentia procedit mediante uirtute. ergo aliquid dicitur esse bonum ratione uirtutis superaddite ad essentiam, & sic bonum addit aliquid supra ens.

¶ 5. Præter. Quanto magis receditur ab uno primo simplici, tanto maior in rebus differentia inuenitur: sed ens & bonum in Deo sunt vnum re & distinguuntur ratione. ergo in creaturis distinguuntur plus quam ratione, & ita distinguuntur re, cum supra distinctionem rationis non sit nisi distinctio rei.

¶ 6. Præter. Accidentaliter addunt realiter supra essentiam: sed bonitas est rei create accidentalis, alias non posset bonitatem amittere. ergo bonum addit aliquid super ens realiter.

¶ 7. Præter. Omne illud quod dicitur per informationem alicuius, addit aliquid realiter super illud, eo quod nihil informatur seipso: sed bonum dicitur per informationem, ut dicitur in Commentariis in libro de Causis. ergo bonum addit aliquid super ens. sed dicendum, quod bonum determinat ens secundum rationem.

¶ 8. Sed contra, aut illi rationi respondet aliquid in re, aut nihil: si nihil, sequetur quod illa ratio sit casta & uana: si autem aliquid respondet in re, habet propositum, quod bonum aliquid addat realiter supra ens.

¶ 9. Præter. Relatio specificatur secundum illud, ad quod dicitur: sed bonum dicitur ad determinatum genus. sed ad finem. ergo bonum dicitur specificam relationem: sed omne ens specificatum addit aliquid realiter supra ens commune. ergo bonum addit realiter supra ens.

¶ 10. Præter. Sicut bonum & ens conuertuntur, ita homo & risibile: sed risibile quamuis conuertatur cum homine, addit tamen super hominem aliquid realiter. scilicet ipsam hominis proprietatem, que est de genere accidentium. ergo & bonum realiter addit supra ens.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit, quod in quantum Deus est bonus, sumus: & in quantum sumus boni sumus. ergo uideretur quod bonum non addat aliquid super ens.

¶ 2. Præter. Quaecumque ita se habent, quod unum addit super alterum re vel ratione, unum eorum potest intelligi sine altero: sed ens non potest intelligi sine bono. ergo bonum non addit super ens nec re nec ratione. probatio media. plus potest facere Deus, quam homo intelligere: sed non potest facere Deus aliquid ens quod non sit bonum, quia hoc ipso quod est a bono, bonum est, ut patet per Boetium in libro de Hebdomada. ergo nec intellectus potest intelligere.

RESPON. Dicendum, quod tripliciter potest aliquid super alterum addere. Vno modo, quod addat aliquid rem, que sit extra essentiam illius rei, cui dicitur addi: sicut album addit super corpus, quia essentia albedinis est præter essentiam corporis. Alio modo dicitur aliquid addi super alterum per modum contrahendi & determinandi, sicut homo addit aliquid super animal, non quidem ita quod sit in homine alia res, que sit penitus extra essentiam animalis, alias oporteret dicere quod non totum, quod est homo, esset animal, sed animal esset pars hominis: sed animal per hominem contrahitur, quia id, quod determinate & actualiter continetur in ratione hominis, implicite & quasi potentialiter continetur in ratione animalis. sicut est de ratione hominis quod

Citra prin.

Idem doctrin. Chr. c. 3. c. 6.

In hanc oratione quod est bonum sit, a medio.

quod habeat animam rationalem, & de ratione animalis est quod habeat animam, non determinādo ad rationalem, vel non rationalem; ista tamen determinatio, ratione cuius homo super animal addere dicitur in aliqua re fundatur. Tertio modo dicitur aliquid addere super alterum secundum rationem tantum, quando scilicet aliquid est de ratione unius, quod non est de ratione alterius: quod tamen nihil est in rerum natura, sed in ratione tantum, siue per illud contrahatur id, cui dicitur addi, siue non. Cæcum enim addit aliquid supra hominem, scilicet cæcitatem, que non est aliquid ens in natura: sed rationis tantum secundum quod ens est comprehendens privationes, & per hoc homo contrahitur: non enim omnis homo cæcus est: sed cum dicimus talpam cæcam, non fit per hoc additum aliqua contradictio. Non autem potest esse, quod super ens uniuersale aliquid addat aliquid primo modo, quamuis illo modo possit fieri aliqua additio super aliquid ens particulare. Nulla enim res nature est, quæ sit extra essentiam entis uniuersalis, quamuis aliqua res sit extra essentiam huius entis. Secundo autem modo inueniuntur aliqua addere super ens, quia ens contrahitur per decem genera, quorum unum quodque addit aliquid super ens, non quod aliquid accidens, vel aliquam differentiam, quæ sit extra essentiam entis: sed determinatum modum essendi, qui fundatur in ipsa essentia rei. Sic autem bonum non addit aliquid super ens, cum bonum diuidatur equaliter in decem genera, ut ens, ut patet in 1. Eth. & ideo oportet quod vel nihil addat super ens, vel si addat quod sit in ratione tantum, siue adderetur aliquid reale, oportet quod per rationem boni contraheretur ens ad aliquid speciale genus. Cui autem ens sit id, quod primo cadit in conceptione mentis, ut dicit Auicenna, oportet, quod omne illud nomen, vel sit synonymum entis, quod de bono dici non potest, cum non negatorie dicatur ens bonum, vel addat aliquid ad minus secundum rationem: & sic oportet quod bonum ex quo non contrahitur ens, addat aliquid super ens, quod sit rationis tantum. Id autem quod est rationis tantum, non potest esse nisi duplex, scilicet ratio, uel aliqua relatio. Omnis enim positio abstracta aliquid in rerum natura existens significat. Sic ergo supra ens, quod est prima conceptio intellectus, unum addit id, quod est rationis tantum, scilicet negationem. dicitur enim unum quasi ens indiuisum: sed verum & bonum positiuè dicuntur. Unde non possunt addere nisi relationem, quæ sit rationis tantum. Illa autem relatio secundum philosophum in 5. Metaphysicæ dicitur esse rationis tantum, secundum quam dicitur referri id, quod non dependet ad id, ad quod refertur: sed e conuerso, dicitur cum ipsa relatio quoddam dependentia sit, sicut patet in scientia & scibili, sensu & sensibili. Scientia enim dependet a scibili, sed non e conuerso. Unde relatio, quæ scientia refertur ad scibile, est realis: relatio uero, quæ scibile refertur ad scientiam, est rationis tantum. dicitur enim scibile referri secundum philosophum, non quia ipsum referatur, sed quia aliud referatur ad ipsum: & ita est in omnibus aliis quæ se habent ut mensura & mensuratum, vel perfectum & perfectibile. oportet igitur quod uerum, & bonum super intellectum entis addent respectum perfectiui. In quolibet autem ente duo considerare. scilicet ipsam rationem speciei, & esse ipsum quo aliquid aliud subsistit in specie illa. & sic aliquid ens potest esse perfectum dupliciter: Uno modo secundum rationem speciei tantum, & sic ab ente perficitur intellectus, qui perficitur per

rationem entis: nec tamen ens est in eo secundum esse naturale. & ideo hunc modum perficiendi addit uerum super ens. Verum enim est in mente, ut philosophus dicit in 6. Metaphysicæ. & unum quodque ens in quantum dicitur uerum, in quantum conformatum est habet conformabile intellectui. & ideo omnes recte definitio res uerum, ponitur in eius definitione intellectum. Alio modo, ens est perfectum alterius, non solum secundum rationem speciei, sed et secundum esse, quod sit in rerum natura. & per hunc modum est perfectum unum bonum. Bonum enim in rebus est, ut philosophus dicit in 6. Metaphysicæ. In quantum autem unum ens est secundum esse suum perfectum alterius, & conseruatum, habet rationem finis respectu illius, quod ab eo perficitur. & inde est quod omnes recte definiuntur bonum ponunt in ratione eius aliquid, quod pertinet ad habitudinem finis. ut philosophus dicit in 1. Ethicæ. quod bonum optime definiunt dicentes, quod bonum est quod omnia appetunt. Sic ergo primo, & principaliter dicitur bonum ens perfectum alterius per modum finis: sed secundario dicitur aliquid bonum, quod est ductum in finem, prout uult dicitur bonum, uel natum est consequi finem. sicut & sanum dicitur non solum habens sanitatem: sed perficiens & conseruans, & significans.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cum ens dicitur absolute, bonum autem superaddat habitudinem causæ finalis, ipsa essentia rei absolute considerata sufficit ad hoc, quod per eam dicitur aliquid ens: non autem ad hoc quod per eam dicitur aliquid bonum. sicut in aliis generibus causarum, habitudo secundæ causæ dependet ex habitudine causæ primæ, primæ uero causæ habitudo non dependet ex aliquo alio: ita est in causis finalibus, quia eundem fines participant habitudinem causæ finalis ex ordine ad ultimum finem, ipse autem ultimus finis habet hanc habitudinem ex seipso: & inde est quod essentia Dei, quæ est ultimus finis rerum, sufficit ad hoc, quod per eam dicitur Deus bonus: sed essentia creaturæ posita non dicitur res bona, nisi ex habitudine ad Deum ex qua habet rationem causæ finalis. & pro tanto dicitur, quod creaturæ non est bona per essentiam, sed per participationem, uno modo, scilicet in quantum ipsa essentia secundum rationem intelligendi consideratur, & aliud quid quam habitudo ad Deum a qua habet rationem causæ finalis, & ad quæ ordinatur, ut ad finem: sed secundum alium modum creaturæ potest dici per essentiam bona, in quantum scilicet essentia creaturæ non inuenitur, sine habitudine ad Deum bonitatem, & hoc intendit Boetius in libro de Hebdomadibus.

AD II. Dicendum, quod non solum negatio dicitur, quod est rationis tantum: sed quecumque relatio, ut dictum est.

AD III. Dicendum, quod omnis relatio realis est in genere determinatio: sed relationes non reales possunt circuire omne ens.

AD IIII. Dicendum, quod diffundere, licet secundum proprietatem uocabuli uideatur importare operationem causæ efficientis: in largo modo potest importare habitudinem cuiuscumque causæ, sicut in fluxu, & facere, & alia huiusmodi. Cum autem dicitur, quod bonum est diffusiuum secundum sui rationem, non est intelligenda effusio secundum quod importat operationem causæ efficientis: sed secundum quod importat habitudinem causæ finalis, & talis diffusio non est median te aliqua uirtute superaddita. dicit autem bonum esse diffusiuum causæ finalis, & non causæ agentis, quia quia efficiens in quantum huiusmodi, non est rei materia & perfectio, sed magis initium: tum quia effi-

esp. 6.

1c. 20.

D. 1085.

Li. 6. Metaphysicæ. cap. 7.

Etus participat eam efficientem fm assimilatione
formae tantum; sed finem consequitur res secundum
totum esse inum, & in hoc consistebat rō boni.

Ad v. Dicendum, quod dupliciter aliqua possunt
esse unum in Deo secundum rem. Vno modo, ex
parte eius in quo sunt tantum, & non ex propria
ratione, sicut scientia & potentia. Non enim scien-
tia ex hoc, quod scientia, est idem quod potentia
secundum rem: sed ex hoc quod est diuina, & que
sic sunt unum re in Deo, in creaturis inueniuntur
secundum rem differre. Alio modo, ex ipsa ratio-
ne eorum quae dicuntur esse unum realiter, & sic
bonum & ens sunt unum in Deo realiter; quia de
ratione boni est, quod non differat secundum rem
ab ente, & ideo ubicumque inuenitur bonum, &
ens sunt idem secundum rem.

Ad vi. Dicendum, quod sicut ens est quoddam
essentiale, & quoddam accidentale; ita & bonum
quoddam essentiale & quoddam accidentale, &
eodem modo amittit aliquis bonitatem sicut ef-
fe substantiale, uel accidentale.

Ad vii. Dicendum, quod ex habitudine praedi-
cta contingit, quod bonum secundum rationem
dicatur ens determinare, uel informare.

Ad viii. Dicendum, quod isti rationaliquid
respondet in re. f. realis dependentia eius quod est
ad finem ipsum; sicut est et in aliis relationib. rōnis.

Ad ix. Dicendum, quod quamuis bonum, dicat ali-
quam specialem habitudinem. s. finis: ista habi-
tudo competit cuilibet enti, nec ponit aliquid secun-
dum rem in ente. Vnderatio non sequitur.

Ad x. Dicendum, quod rōnibile quamuis con-
uertatur cum homine: tamen addit aliquam natu-
ram extraneam super hominem, quae est preter ef-
fentiam hominis, sic autem nihil potest addi super
ens ut dictum est.

Ad PRIMVM vero, quod in contrarium obli-
tur, cōcedimus: quia bonum secundum quod bo-
num, non addit aliquid secundum rem supra ens.

Secundum vero probat quod nec secundum ra-
tionem, ideo ad secundum dicendum, quod du-
pliciter potest intelligi aliquid sine altero. Vno mō,
p modum enuntiandi, dum. s. intelligitur vnū esse
sine altero, modo quicquid intellectus potest intelli-
gere, sine altero Deus potest facere. Sic autē ens nō
potest intelligi sine bono, ut intellectus intelligat ali-
quid existens nō esse bonum. Alio mō, potest intelli-
gi aliquid sine altero per modum definiēdi, ut. s.
intelligatur unum non tamen intellecto altero, si-
cut animal intelligitur sine homine, & omnibus
aliis speciebus. & sic ens potest intelligi sine bono.
Nec tamen sequitur, quod Deus possit facere ens
sine bono; quia hoc ipsum quod est facere, est pro-
ducere aliquid in esse.

ARTICVLVS II.

Verum ens, & bonum conuertantur secundum supposita.

SECVNDO quaeritur, utrum ens & bonum con-
uertantur secundum supposita. & videtur quod
non. opposita enim nata sunt fieri circa idem: bonum
autem & malum sunt opposita. cum igitur
malum non sit natum in omnibus esse, quia ut Aui.
dicit, ultra orbem lunae non est malum, ut quod
nec bonum in omnibus entibus inueniatur, & ita
bonum cum ente non conuertitur.

¶ 2 Pre. Quaecūq; sic se habent, quod vnū ad plu-
ra se extendit quā aliud, nō sunt conuertibilia ad in-
uicem. sed sicut in 4. c. de di. nō dicit Cōmen. maxi-
mus, bonum ad plura se extendit quā ens. extendit
enī se ad nō entia, quae per bonū uocantur in esse.

A ergo bonum, & ens non sunt conuertibilia.

¶ 3 Præ. Sicut Algazel dicit, bonum est perfectio
cuius apprehensio est delectabilis: sed non omne
ens habet perfectionem. materia enim prima non
habet perfectionem aliquam. ergo non omne ens
est bonum.

¶ 4 Præ. In Mathematicis est ens: non autem ibi
est bonum, ut patet per philosophum in 3 Met. ergo bo-
num & ens non conuertuntur.

¶ 5 Præ. In lib. de Causis dī, quod prima rerū crea-
tatum est esse: sed secundum philosophum in p̄di-
camentis, prius est a quo non conuertitur conse-
quentia. ergo ab ente non conuertitur consequentia
ad bonum, & ita bonum & ens non conuertuntur.

¶ 6 Præ. Diuisum non conuertitur cum aliquo di-
uisentium, sicut animal cum rationali: sed ens di-
uisitur per bonum, & malum, cū multa entia ma-
la dicantur. ergo bonum & ens non conuertuntur.

¶ 7 Præ. Priuatio secundum philosophum in 4. Meta.
dī ens quodam modo: sed nullo modo potest
dici bonum, alias malum cuius ratio in priuatio-
ne consistit, esset bonum. ergo bonum & ens non
conuertuntur.

¶ 8 Præ. Secundum Boet. in lib. de Hebdo. Propter
hoc oīa dicuntur esse bona, quia sunt a bono quod
est Deus: sed bonitas Dei est ipsa sapientia sua, & sua
iustitia. ergo eadē ratione omnia, quae sunt a Deo
essent sapientia & iustitia, quod est iustum. ergo &
primum. s. quod omnia sunt bona.

SED CONTRA nihil tendit, nisi in suum simile:
sed omne ens tendit in bonum, ut Boet. dicit in li-
de Hebdo. ergo, omne ens est bonum, nec potest
aliquid esse bonum nisi aliquo modo sit. ergo bo-
num & ens conuertuntur.

¶ 2 Præ. A bono non potest aliquid esse nisi bo-
num; sed omne ens procedit a diuina bonitate. er-
go omne ens est bonum, & sic idem quod prius.

RESPON. Dicendum, quod cum ratio boni in
hoc consistat, quod aliquid sit perfectiū alteri?
per modum finis, omne id, quod inuenitur habe-
re rōnem finis, habet & rōnem boni. Duo autem
sunt de rōne finis, ut. s. sit appetitum vel desideratū
ab his, quae finem nondum attingunt, aut sit dile-
ctum & quasi delectabile ab his, quae finem partici-
pāt, cum eiusdē rationis sit tendere in finem, & in
fine quodammodo quiescere: sicut per eandē na-
turam lapis mouetur ad medium, & quiescit in me-
dio. Hae autem duo inueniuntur competere ipsi
esse. Quae n. nondum esse participant, in esse quo-
dam naturali appetitu tendunt. unde & materia
appetit formam secundum philosophum in 1. Physi. om-
nia autem, quae iam esse habent, illud esse suū na-
turaliter amant, & ipsum tota virtute conseruāt.

Unde Boet. dicit in 3. de Consolat. Dedit diuina
prouidentia creatis a se reb hanc uel maximā ma-
nendi causam, ut quo ad possunt naturaliter ma-
nere desiderent. Quare nihil est, quod vilo modo
queas dubitare cuncta, quae sunt naturaliter appe-
tere cōstantiam permanendi, deuitareq; pernitē.
Ipsū igitur esse habet rationem boni, unde sicut
impossibile est, quod sit aliquid ens, quod non ha-
beat esse, ita necesse est quod omne ens sit bonū
ex hoc ipso, quod esse hēt: quamuis & in quibus-
dam entib. multae rationes bonitatis super addant
supra suum esse, quo subsistunt. Cum autē bonum
rōnem entis includat, ut ex praedictis patet, impos-
sibile est aliquid esse bonum quod non sit ens, &
ita relinquatur quod bonum & ens conuertuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod bonum & malū
oppo-

Tex. 4.

Prop. 4. iter
opera Arist.
Ca. de prio.

In lian. o.
ne quod est
bonum sit a
medio, &
prin.

In lian. om-
ne quod est
bonū sit in
rea med. &
prin.

Tex. 81.

Profa. x. non
remoue pri.

Ar. preced.

opponuntur per modum priuationis, & habitus: non tamen oportet, ut cuiusque inest habitus, nata sit in esse priuatio. & ideo non oportet, ut in quibuscumque natum est esse bonum, natum sit esse malum. In contrariis etiam quando vnum inest per naturam alicui, alterum non est natum inesse eidem, secundum phil. in prædicamentis. Bonum autem cuiuslibet entis naturaliter inest, cum dicitur bonum ex ipso suo naturali esse.

Ca. de oppo
a med.

Ad II. dicendum, quod bonum non se extendit ad non entia per prædicationem: sed per causalitatem, in quantum non entia appetunt bonum, ut dicamus non entia ea, quæ sunt in potentia, & non in actu: sed esse non hēt causalitatem, nisi forte secundum rationem cause exemplaris, quæ quiddē cā non se extendit, nisi ad ea quæ actu esse participāt.

Ad III. dicendum, quod sicut materia prima est ens in potentia, & non in actu: ita est perfecta in potentia & nō in actu, & bonā in potentia, & nō in actu.

Ad IIII. dicendum, quod ea de quibus Mathematicus considerat secundum esse quod habent in re bona sunt. Ipsū n. esse lineæ, vel numeri bonum est: sed a Mathematico non considerantur secundum suum esse, sed solum secundum rationē spēi.

Ar. præced.

Considerat. n. cum abstractione, non n. sunt abstracta secundum esse, sed solum secundum rationem. dictum est autem supra quod bonum non consistitur rationem spēi, nisi secundū esse quod habet in re aliqua, & ideo rō boni nō competit lineæ, vel numero secundū hoc, quod cadunt in consideratione mathematica, quibus lineæ & numerus bona sunt.

Ad V. dicendum, quod ens non dicitur esse prius bono illo modo dicendi, quem obiectio tangit: sed alio modo, sicut absolutum respectivo.

Ad VI. dicendum, quod aliquid potest dici bonum & ex suo esse, & ex sua proprietate, vel habitudine superaddita: sicut dicitur aliquis homo bonus, & in quantum est iustus, & castus, vel ordinatus ad beatitudinem. Ratione igitur primæ bonitatis ens conuertitur cum bono, & conuerso: sed ratione secundæ bonum diuidit ens.

Ad VII. dicendum, quod priuatio non dicitur ens naturaliter, sed solummodo ens rationis, & sic est bonum rationis. Nam priuationem cognoscere, & quodcumque tale bonum est, & mali cognitio secundum Boetium bono deesse non potest.

Loco citato
in arg. 8.

Ad VIII. dicendum, quod secundum Boet. aliquid dicitur esse bonum ex ipso suo esse: sed iustum dicitur esse ratione alicuius sue actionis. Esse autem in omnia, quæ a Deo procedunt, diffunditur: non autem omnia participant illud agere, ad quod iustitia ordinatur. Quamuis enim in Deo sit idem agere quod esse, ac per hoc sua iustitia sit sua bonitas, tamen in creaturis est aliud agere & aliud esse. unde esse potest communicari alicui, cui agere non cōcatur, & quibus utrumque communicatur, non sunt idem in eis agere, quod esse. unde homines qui sunt boni & iusti, sunt quiddē boni in quantum sunt, non autem iusti in quantum sunt, sed in quantum habent habitum quandam ordinatum ad agere, & similiter potest dici de sapientia, & aliis huiusmodi. Vel dicendum secundum eundem, quod iustum & sapiens & alia huiusmodi sunt quædam specialia bona, cum sint quædam speciales perfectiones, bonum autem aliquid perfectum absolute designat: Ab ipso igitur Deo perfecto procedunt res perfectæ, non eodem modo perfectionis, quo Deus perfectus est, quia quod sit, non est secundum modum ageris, sed secundum modum facti, nec omnia quæ a Deo p-

fectionem recipiunt eodem modo recipiunt, & ideo sicut Deo, & creaturis omnibus commune est esse perfectum absolute, non autem est esse perfectum hoc vel illo modo, ita Deo cōuenit esse bonum & omnibus creaturis: sed habere hanc bonitatem quæ est sapientia, vel quæ est iustitia, non oportet, quod sit omnibus commune: sed quædam Deo tantum conueniunt, ut aternitas & omnipotentia: quædam uero quibusdam creaturis & Deo ut sapientia, & iustitia, & alia huiusmodi.

ARTICVLVS III.

Verum bonum secundum rationem sit prius, quam bonum rationem sit prius, utrum bonum secundum rationem sit prius quam verum, & videatur sic. Illud enim quod est in re, est prius quam id, quod est in apprehensione tantum, eo quod apprehensio nostra causatur & mensuratur ex rebus, sed secundum Philosophum in 6. Meta. bonum est in rebus, verum autem in mente. ergo bonū est prius quam verum secundum rationem.

¶ 2 Præ. Prius est aliquid in se perfectum secundum rationem, quam sit alterius perfectum: sed bonum dicitur aliquid in quantum est in se perfectum, verum autem in quantum est perfectum alterius, ergo bonum est prius, quam verum.

¶ 3 Præ. Bonum dicitur per ordinem ad causam finalem, uerū autem in ordine ad causam formalem: sed causa finalis est prior causa formalis, quia finis est causa causarum, ergo bonum est prius, quam verum secundum rationem.

¶ 4 Præ. Particulare bonum posterius est, quam bonum uniuersale: sed uerum est quoddam particulare bonum, est enim bonum in intellectu, ut dicit Phil. in 6. Eth. ergo naturaliter bonum est prius secundum rationem, quam uerum.

¶ 5 Præ. Bonum habet rationem finis, finis autem est prius in intentione ergo intentio boni est prior intentione veri.

SED CONTRA. Bonum est perfectum affectus, uerum autem intellectus: intellectus autem naturaliter precedit affectum, ergo & uerum bonum.

¶ 2 Præ. Quanto aliquid est immaterialius, tanto est prius: sed uerū est immaterialius quam bonum, quia bonum in rebus naturalibus inuenitur, uerū solum in mente immateriali, ergo uerum est naturaliter prius bono.

RESPON. Dicendum, quod tam uerum quam bonum, sicut dictum est, habent rationem perfectionum, sine perfectionum. Ordo autem inter perfectiones aliquas potest attendi dupliciter, modo, ex parte ipsarum perfectionum: alio modo, ex parte perfectibilium. Considerando ergo uerum & bonum secundum se, sic uerum est prius bono secundum rationem, cum sit perfectum alicuius secundum rationem speciei; bonum autem non solum secundum rationem speciei, sed secundum esse, quod habet in re, & ita plura inueniuntur in se ratio boni quā ratio ueri, & se habet quoddammodo per additionem ad illa. & sic bonum præsupponit uerum autem præsupponit unum, cum ueri ratio ex apprehensione intellectus perfectiatur, unum quodque autem intelligibile est in quantum est unum. Qui enim non intelligitur, nihil intelligit, ut dicit Philosophus in 4. Metaph. unde istorum nominum transcendentium talis est ordo, si secundum se considerentur, quod post ens est unum, deinde uerum, deinde post uerum bonum. Si autem attendatur ordo inter uerum & bonum ex parte perfectibilium, sic bonū est naturaliter prius, quam uerum.

verum duplici ratione primo, quia perfectio boni ad plura se extendit quam perfectio veri. A uero enim non sunt nata perfecti, nisi illa que possunt ali quod ens percipere in seipsis, vel in seipsis habere secundum suam rationem; & non secundum illud esse quod ens habet in seipso, & huiusmodi sunt solum ea, que immaterialiter aliquid recipiunt, & sunt cognoscitua. Species enim lapidis est in aia, non autem secundum esse, quod habet in lapide; sed a bono nata sunt perfecti illa, que secundum materiale esse aliquid recipiunt, cum ro boni in hoc consistat, quod aliquid sit perfectum tam secundum rationem speciei quam secundum esse ut prius dictum est: & ideo d' omnia appetunt bonum; sed non oia cognoscunt verum in utraque. n. ostendit habitudo perfectibilis ad perfectione. q est bonu & uerum. In appetitu boni, & cognitione veri. Secundo, quia illa, que nata sunt perfecti bono & uero, p prius perficiuntur bono quam uero. Ex hoc. n. qd participant esse, perficiuntur bono ut dictum est: ex hoc autem quod cognoscunt aliquid, perficiuntur uero. Cognitio autem est posterior quam esse. vnde & in hac consideratione ex parte perfectibilium bonum precedit uerum.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procedit de ordine ueri & boni ex parte perfectibilium, non autem ex parte ipsius ueri boni: mens enim sola perfectibilis est uero: sed omnis res est perfectibilis bono.

Ad ii. Dicendum, quod bonum non solum habet rationem perfecti, sed perfectiui, sicut prius dictum est, & ideo ratio non sequitur.

Ad iii. Dicendum, quod finis est prior in causando, quam aliqua aliarum causarum: causatum autem perficitur per suam causam. Vnde ratio ista procedit secundum ordinem perfectibilis ad perfectione, in quo bono est prius: sed absolute considerando forma & finem, cui ipsa forma sit finis, prior est ipsa forma in se considerata quam secundum quod est alterius finis: ratio autem ueri ex ipsa specie confugit, prout est intellecta sicut est.

Ad iiii. Dicendum, quod uerum d' esse quoddam bonum particulare, in quantum habet esse in aliquo speciali perfectibili, & sicutiam obiectio pertinet ad ordinem perfectibilis ad perfectionem.

Ad v. Dicendum, quod finis d' prior in intentione his que sunt ad finem, non autem aliis causis, nisi secundum quod ipse sunt ad finem, & sic soluendum est sicut ad tertium, & tamen sciendum est quod cum d' finis prior est in intentione, intentio sumitur pro actu mentis qui est intendere. Cum autem coparamus intentionem boni & ueri, intentio sumitur pro ratione quam significat definitio; unde aequiuoce accipitur utroque.

Ad primum quod in contrarium d' dicendum, quod aliquid est natum perfecti bono non solum mediante affectu; sed in quantum habet esse. unde quous intellectus sit prior affectu, non sequitur quod per prius aliquid perficiatur uero quam bono.

Ad ii. Dicendum, quod illa pcedit de uero & bono prout fm se considerantur, unde concedenda est.

ARTICVLVS IIII.

Verum omnia sunt bona prima bonitate.

Quarto queritur, utrum oia sint bona bonitate prima, & ut quod sic, quia secundum Boet. in li. de Hebdo. si intelligamus p impossibile Deu esse abstracta p intellectum bonitate, sequetur oia alia esse entia, non aut bona: intellecta autem in

A Deo bonitate sequitur omnia alia esse bona, sicut & entia: ergo omnia dicuntur bona bonitate prima. Sed dicendum quod ideo hoc eorngit quod non intellecta bonitate in Deo non est bonitas in aliis creaturis, quia bonitas creature causatur a bonitate Dei, non quia denominetur res bona bonitate Dei formaliter.

¶ 2 Sed contra, Quando cum que aliquid denominatur aliquale ex solo respectu ad alterum, non denominatur tale per aliquid sibi formaliter inherens: sed per illud quod est extra ipsum ad quod refertur, sicut urina d' sana ex hoc quod significat sanitatem animalis, non autem nominatur sana ab aliqua sanitate sibi inherente: sed a sanitate animalis quam significat; sed creatura d' esse bona per respectum ad primam bonitatem; quia secundum hoc unum quodque d' bonum quod a primo bono defluit, ut dicit Boet. in lib. de Hebdo. ergo creatura non denominatur bona ab aliqua formalis bonitate in ipsa existente: sed ipsa bonitate diuina.

¶ 3 Præter. Aug. dicit 8. de Tri. bonum est hoc & bonum illud, tolle hoc & illud & uide ipsum bonum si potes: ita Deum uidebis non alio bono bonum; sed bonum omnis boni: sed ipso bono qd est omnis boni bonum omnia dicuntur bona: ergo diuina bonitate, de qua loquitur, omnia dicuntur bona.

C ¶ 4 Præter. Cum omnis creatura sit bona, aut est bona aliqua bonitate sibi inherente, aut solum bonitate prima: si aliqua bonitate sibi inherente, cum illa bonitas sit quaedam creatura & ipsa bona erit. aut ergo se bonitate aut alia, si se bonitate, ergo erit bonitas prima: hæc. n. est ratio primi boni ut ex auctoritate Aug. inducta patet, quod seipso sit bonum, & sic habetur ppositum, quod creatura est bona bonitate prima. Si autem illa bonitas est bona bonitate alia, eadem quaestio remanet de illa. aut ergo erit procedere in infinitum quod est impossibile, aut est deuenire ad aliquam bonitatem creatam denominantem, que est seipsa bonam, & hæc est bonitas prima: ergo oportet quod omnibus modis creatura bona sit bonitate prima.

¶ 5 Præter. Secundum Auic. omne uerum est uerum ueritate prima: sed sicut ueritas prima se habet ad uera, ita bonitas prima se habet ad bona: ergo sunt omnia bona bonitate prima.

¶ 6 Præter. Quod non potest in minus, non potest in maius: sed minus est esse quam esse bonum, creatura aut non potest inesse, cum omne esse sit a Deo. ergo nec potest inesse bonum, ergo bonitas qua aliquid dicitur esse bonum, non est bonitas creata.

¶ 7 Præter. Secundum Hil. esse est proprium Deo: sed proprium est quod uni soli conuenit. ergo nullum est aliud nisi ipse Deus: sed oia sunt bona in quantum habent esse. ergo omnia sunt bona ipso diuino esse, quod est eius bonitas.

¶ 8 Præter. Bonitas prima nihil addit supra bonitatem, alias bonitas prima esset composita: sed uerum est omnia esse bona bonitate prima. ergo uerum est omnia esse bona bonitate prima. Sed dicendum, quod bonitas prima addit supra bonitatem, bonitatem absolutam fm rationem, & non secundum rem.

¶ 9 Sed contra. Ratio cui non respondet aliquid in re, est causa & uana: sed non est talis ratio, qua intelligimus bonitatem primam: ergo si addit aliquid fm rationem, addet secundum rem, quod est impossibile: & sic nec fm rationem addit, & ita omnia dicentur esse bona bonitate prima, sicut & bonitate absoluta.

SEDCONTRA, Oia sunt bona, in quantum sunt entia, quia secundum Augustinum, in quantum sumus boni

Loco nunc dicitur.

Ca. 3. par. 1 a prin. com. 3.

In arg. 2.

Li. 3. de tri. non procul a prin.

D. 259.

in op. art.

in li. de Hebdo.

boni sumus: sed nō dicuntur omnia entia formaliter per essentiam primam, sed per essentiam creatam. ergo nec omnia sunt bona formaliter bonitate prima: sed creata bonitate.

¶ 2 Præt. Vertibile non informatur inuertibili, cum sint opposita: sed omnis creatura est uertibilis, bonitas autem prima est inuertibilis. ergo creatura non dicitur bona formaliter prima bonitate.

¶ 3 Præt. Omnis forma est proportionata suo pfectibili: sed bonitas prima, cum sit infinita non potest esse proportionata creaturæ cū sit finita. ergo creatura non dicitur bona formaliter prima bonitate.

Ca. 3. to. 9.

¶ 4 Præt. Secundum Aug. 8. de Tri. omnia creata participatione boni bona sunt: sed participatio boni non est ipsa bonitas prima, ipsa. n. est totalis, & perfecta bonitas. ergo non omnia sunt bona bonitate prima formaliter.

¶ 5 Præt. Creatura dicitur hære uestigium Trinitatis, secundum quod est una, uera, & bona, & sic bonum pertinet ad uestigium: sed uestigium, & partes eius sunt aliquid creati. ergo creatura est bona bonitate creata.

¶ 6 Præt. Bonitas prima est simplicissima. ergo nec est in se composita, nec alii componibilis, & ita non potest esse alicui forma, cū forma ueniat in compositione eius cuius est forma: sed bonitas qua aliqua dicitur esse bona est forma quædam cū oē esse sit forma. ergo creatura si sunt hęc bonitate priā formaliter.

RESPON. Dicendum, quod circa hanc questionem diuersimode aliqui posuerunt. Quidam. n. in uoluntatis rationibus ducti, posuerunt Deum esse de substantia cuiuslibet rei. Quorum quidam posuerunt Deum esse idē, quod materia prima, ut Dauid de Dinādo. Quidam uero posuerunt ipsum esse formā cuiuslibet rei. Cuius quidē erroris statim falsitas aperitur hoc enim omnes de Deo loquentes intelligunt, quod est omnium principium, effectiuum cum oporteat omnia entia ab uno primo ente fluere. Causa autem efficiens secundum doctrinā philosophi in 2. Physi. cum causa materiali nō coincidit in idem, cum habeant contrarias rationes.

Tex. 70.

Vnumquodque enim est agens secundum quod est actus, materia uero ratio est in potentia efficiens uero & forma effecti idē sunt spēs, in quantum omne agens agit sibi simile: sed non idem numero: quia non potest idem esse faciens & factū. Ex quo patet, quod ipsa diuina essentia nec est materia alicuius rei, nec forma, ut ea possit creatura dici formaliter bona sicut forma coniuncta: sed quælibet est ei similitudo quedam. & ideo platonici dixerunt, quod omnia sunt bona formaliter bonitate prima, non sicut forma coniuncta, sed sicut forma separata.

Plato apud Arist. Met. tex. 6.

Ad cuius intellectum sciendū est, quod Plato ea, quæ potest separari secundum intellectum ponebat esse secundū esse separata. & idē sicut hō potest intelligi pter Socratem & Platonem. ita ponebat hōiem esse pter Socratem, & Platonē, quem dicebat per se hōiem & ideam hōis, cuius participatione Socrates & Plato hōies dicebantur. Sicut autē inueniebat hominem communem Socrati & Platoni, & hōi hominibus: ita inueniebat bonum esse. cōm omnibus bonis, & posse intelligi bonum non intelligendo hoc uel illud bonum, unde ponebat ipsum esse separatū pter oīa bona particularia, & hoc ponebat esse per se bonum siue ideam, cuius participatione oīa bona dicerent, ut patet per philosopho. in 1. Eth. sed hoc differebat inter ideā hominis & ideā boni, quod idea hōis nō se extendit ad omnia idea autē boni se extendit ad oīa. Nam ipsa idea boni est aliquod bonū. & idē oportebat dicere quod

ipsum per se bonum effectiuum universale omnium rerum principium, quod Deus est: unde sequitur secundum hanc opinionem quod denominatur bona ipsa bonitate prima, quæ Deus est, sicut Socrates & Plato: sed secundum Platonem dicebatur homines participatione hominis separati, non per humanitatem hominis inherenter. & hanc opinionem secuti sunt Porretani aliquo modo. dicebant. n. quod de creatura prædicamus bonum simpliciter, ut dicitur homo est bonus, & bonum additō aliquo ut cum dicitur, Socr. est bonus homo. dicebant igitur quod creatura dicitur bona simpliciter nō aliqua bonitate inherente: sed bonitate prima, quasi ipsa bonitas absolute & cōmunis esset bonitas diuina: sed cum dicitur creatura bona hoc uel illud, denominatur a bonitate creata, quæ particularis est secundum Platonem: sed hæc opinio a philosopho improbat multiplicitate, tum ex hoc quod quædam dicitates, & formæ rerum insunt ipsis rebus particularibus, & nō sunt ab eis separate, ut probatur multipliciter in 7. Met. tum et suppositis ideis, quia specialiter ista ratio non habet locum. in bono: quia bonum non uniuocè dicitur de bonis, & in tali non assignatur una idea secundum Platonem, per quam uiam procedit contra eum philosopho. in 1. Eth. Specialiter tamen quantum ad propositum pertinet apparet falsitas prædictæ positionis ex hoc, quod omne agēs inuenitur sibi simile agere. unde si prima bonitas sit effectiua omnium bonorum, oportet quod similitudinem suā imprimat in rebus effectis & sic unumquodque dicitur bonum sicut forma inherente per similitudinem summi boni sibi inditā, & ulterius per bonitatem primam, sicut per exemplar, & effectiuū oīs bonitatis creata. Quamuis autem hoc opinio Platonis ista inueni potest. Sic ergo dicimus secundum eōdem opinionem, quod omnia sunt bona bonitate creata formaliter, sicut forma inherente, bonitate uero increata, sicut forma exemplari.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod si creatum est prius, p. ratio creatura nō esset bona, nisi bonitas intelligeret in Deo: quia bonitas creaturæ extrahitur diuina bonitate. n. nō sequitur quod creatura dicitur bona bonitate increata, nisi sicut forma exemplari.

AD II. Dicendum, quod dupliciter denominatur aliquid per respectū ad alterū. Vno modo, quod ipse respectus est rō denominationis, sicut urina est una per respectū ad sanitate aīalis, rō. n. lani. si in quod de urina prædicatur esse effectiū sanitate aīalis, & in talibus quod denominatur per respectū ad alterum, non denominatur ab aliqua forma, sicut inherente: sed ab aliquo extrinseco ad quod referatur. Alio modo denominatur aliquid per respectū ad alterū, quod respectus non est ratio denominationis, sed causa: sicut si aer dicitur lucens a sole, non quod ipsum referri aerem ad solē sic lucere aeris: sed quia directa oppositio aeris ad solē est causa quod luceat. & hoc modo creatura dicitur bona per respectum ad bonum. unde rō non sequitur.

AD III. dicendum, quod Aug. in multis opinionem Platonis sequitur, quāuis fieri potest in aliis ueritatē. & idē uerba sua sic sunt intelligenda, ut ipsa diuina bonitas dicat esse bonū omnis boni: in quantum est causa efficiens prima & exemplaris oīs boni, sine hoc quod excludatur bonitas creata, quæ creatura denominatur bona, sicut forma inherente.

AD IIII. Dicendum, quod aliter se habet in formis generalibus, & aliter in formis specialibus. In formis enim specialibus non recipitur prædicatio

dicatio concreti de abstracto, ut dicatur albedo est alba, uel calor est calidus, ut patet per Dion. secundo capite de Diuinis nominibus. Sed in formis generalibus huiusmodi predicatio recipitur, dicimus. n. quod essentia est ens, & bonitas est bona, & unitas una, & sic de alijs. Cuius ratio est, quia illud quod primo cadit in apprehensione intellectus, est ens. Unde oportet, quod cuiusque apprehensio per intellectum, intellectus attribuat hoc quod est ens. Et ideo cum apprehendit essentiam alicuius entis dicit illam essentiam esse ens, & similiter inquamquam formam generalem, uel specialem, ut bonitas est ens, albedo est ens, & sic de alijs. Et quia quaedam sunt, quae edicant rationem entis inseparabiliter, ut unum, bonum & hmoi, oportet quod haec de quolibet apprehensio predicent eadem ratione qua ens; unde dicimus essentia est una & bona, similiter unitas est una & bona, ita de bonitate & albedine, & qualibet forma generali uel speciali. Sed album quia est speciale, non communicat inseparabiliter rationem entis, unde potest apprehendi forma albedinis sine eo quod attribuitur ei esse album, unde non cogimur dicere, albedo est alba. Album. n. uno modo dicitur: Ens autem, & unum & bonum & alia hmoi, quae de quolibet apprehensio necesse est dici, multipliciter dicitur. Aliquid enim dicitur ens, quia in se subsistit; aliquid quia est principium subsistendi, ut forma; aliquid quia est dispositio subsistentis, ut qualitas; aliquid quia est privatio dispositionis subsistentis, ut caecitas. Et ideo cum dicimus essentia est ens, si procedatur sic, ergo est aliquid ens uel se uel alio, processus non sequitur, quia non dicebatur, hoc modo esse ens, sicut aliquid subsistens in esse suo est ens, sed sicut quo aliquid est; unde non oportet querere quo ipsa essentia aliquo sit, sed quomodo aliquid alterum sit per essentiam. Similiter cum dicitur, bonitas bona non hoc modo dicitur bona, quasi in bonitate subsistens; sed hoc modo quo bonum dicitur illud, quo aliquid ad bonum est. Et sic non oportet inquire, utrum bonitas sit bona se bonitate uel alia, sed utrum ipsa bonitate sit aliquid bonum quod sit alterum ab ipsa bonitate, sicut est in creaturis, uel quod sit idem cum ipsa bonitate, sicut est in Deo.

Ad vi. dicendum, quod si militer distinguendum est de ueritate. scilicet quod omnia sunt uera ueritate prima sicut exemplari primo, cum tamen sint uera ueritate creata, sicut forma inherente: sed tamen alia ratio est de ueritate & bonitate. Ipsa. n. ueritatis in quadam adaequatione suae commensuratione consistit: denominatur autem aliquid commensuratum uel commensuratum ab aliquo exteriori sicut pannus ab ulna, & per hunc modum intelligit Auerroem omnia esse uera ueritate prima, in quantum. scilicet unum quodque est commensuratum diuino intellectui, implendo illud ad quod diuina prouidentia ipsum ordinauit uel presciuit. Ratio autem bonitatis non consistit commensuratione unum non est simile.

Ad vii. dicendum, quod creatura non potest hoc modo in se esse quod se ipsa esse habeat, potest tamen aliqua in se esse, ita quod sit formale principium essendi, sic enim quilibet forma in se esse potest. Et per hunc modum bonitas creata potest in se esse bono tanquam principium formale.

Ad viii. dicendum, quod cum dicitur, esse est proprium Deo, non est intelligendum, quod nullum aliud esse sit nisi increatum; sed quod solum illud esse proprie dicitur esse, in quantum ratione suae immutabilitatis non nouit fuisse, uel futurum esse. Esse autem creaturae di-

citur esse per quandam similitudinem ad illud primum esse, cum habeat permutationem eius quod est futurum esse, uel fuisse ratione mutabilitatis creaturae. Vel potest dici quod esse est proprium Deo, quia solus Deus est suum esse; quamuis alia esse habeant, quod esse non est diuinum.

Ad viii. Dicendum, quod bonitas prima nihil addit secundum rem supra bonitatem absolutam, addit autem aliquid secundum rationem.

Ad ix. Dicendum, quod sicut dicit Commentarius in lib. de Cau. ipsa bonitas prima ex hoc ipso indiuiduatur, & a cunctis alijs diuiditur, quod non recipit aliquam additionem. Non autem est de ratione bonitatis absolute, ut recipiat additionem, uel non recipiat. Si enim esset de ratione eius recipere additionem, tunc quaelibet bonitas additionem reciperet, & nulla esset bonitas pura. Similiter si esset de ratione eius non recipere additionem, nulla bonitas reciperet, & omnis bonitas pura, sicut de ratione animalis non est, nec rationale, nec irrationale. Et ideo hoc ipsum quod est non posse recipere additionem, communicat bonitatem absolutam, & distinguit primam bonitatem, quae est bonitas pura, ab alijs bonitatibus: hoc autem quod non est recipere additionem, cum sit negatio, est ens rationis, & tamen fundatur super simplicitatem bonitatis primae, unde non sequitur quod ratio sit cassa, & uana.

ARTICVLVS V.

Utrum bonum creatum sit bonum per suam essentiam.

QVINTO queritur, utrum bonum creatum sit bonum per suam essentiam. Et uidetur quod sic. Illud enim, sine quo res non potest esse, uidetur ei essentia; sed creatura sine bonitate esse non potest, quia non potest esse aliquid creatum a Deo, quod non sit bonum; ergo creatura est bona per essentiam.

¶ 2 Praet. Creatura ab eodem habet esse & esse bonum, quia ex hoc ipso quod habet esse, bona est, ut prius ostensum est; sed creatura habet esse per suam essentiam; ergo est bona per suam essentiam.

¶ 3 Praet. Quicquid conuenit alicui in quantum huiusmodi, est ei essentiale; sed bonum conuenit creaturae in quantum est, quia sicut dicit Augustinus, in quantum sumus, boni sumus; ergo creatura est bona per sui essentiam.

¶ 4 Praet. Cum bonitas sit quaedam forma creaturis inherens, ut ostensum est, aut erit forma substantialis, aut accidentalis: si accidentalis, aliquid sine ea creatura esse poterit, quod de creatura dici non potest, ergo relinquatur quod sit forma substantialis: sed omnis talis forma, uel est essentia rei uel pars essentiae, ergo creatura est bona per sui essentiam.

¶ 5 Praet. Secundum Boetium in li. de Heb. creature sunt bonae in quantum a primo bono fluxerunt: sed per suam essentiam fluxerunt a primo bono; ergo per suam essentiam sunt bonae.

¶ 6 Praet. Semper denominans est simplicius, uel aequae simplex denominato: sed nulla forma addita essentiae est simplicior, uel aequae simplex ipsi essentiae; ergo nulla forma superaddita essentiae denominat ipsam essentiam: non enim possumus, dicere, quod essentia sit alba, sed ipsa essentia rei denominatur bonitate, quaelibet enim essentia bona est, ergo bonitas non est forma superaddita essentiae, & sic quaelibet creatura est bona per sui essentiam.

¶ 7 Praet.

1. p. q. 6. ar. 3.

2. huius q.

Li. de doc. christ. c. 32. to. 3.

In lib. 20. e. qd. est bonu sic a mod.

¶ 7 Præt. Sicut unum conuertitur cum ente, ita & bonum: sed unitas a qua dicitur unum quod conuertitur cum ente, non dicit aliquam formam supraditam essentie rei, ut Commen. dicit in 4. Metap. sed unaqueque res per suam essentiam est una. ergo vnaqueque res est bona per suam essentiam.

¶ 8 Præt. Si creatura est bona per aliquam bonitatem superadditam essentia, cum omne quod est, bonum sit, illa bonitas cum sit res quadam, bona erit, nõ autem alia bonitate, sed per essentiam suã, quia sic iretur in infinitum. ergo eadem ratione poterit esse quod creatura ipsa esset bona per suã essentiam.

SED CONTRA, Nihil, quod de aliquo p participationem dicitur, conuenit ei per suam essentiam: sed creatura dicitur bona per participationem, ut patet per Augustin. octauo de Trinitate. ergo creatura non est bona per essentiam suam.

¶ 2 Præt. Omne illud, quod est bonum per essentiam, est substantiale bonum: sed creature non sũt substantia bona, ut patet per Boetium in libro de Hebdoma. ergo creature non sunt bonæ per essentiam.

¶ 3 Præt. De quocunque predicatur aliquid essentialiter, oppositum eius de eo praticari non potest: sed oppositum boni predicatur de creatura aliqua, scilicet malum. ergo creatura non est bona per essentiam.

RESPON. Dicendum, quod secundum tres auctores oportet dicere creaturas, non esse bonas per essentiam, sed per participationem, scilicet secundum Augustin. Boetium & auctorem lib. de Causis, qui dicit solum Deum esse bonitatem puram, sed tamen diuersis rationibus ad unam positionem mouetur. Ad cuius evidenciam sciendum est, quod ut ex dictis patet, sicut ens multiplicatur per substantiale, & accidentale, sic bonitas multiplicatur, sed tamen inter utrumque differt. Quia aliquid dicitur ens esse absolute pp suum esse substantiale, sed propter esse accidentale non dicitur esse absolute. unde cum generatio sit motus ad esse, cum aliquis accipit esse substantiale, dicitur generari simpliciter: cum vero accipit esse accidentale, dicitur generari secundum quid: & similiter est de corruptione, per quam esse amittitur, de bono autem est e conuerso. Nam secundum substantialem bonitatem dicitur aliquid bonum secundum quid, secundum uero accidentalem dicitur aliquid bonum simpliciter: unde hominem iniustum non dicimus bonum simpliciter, sed secundum quid, in quantum est homo, hominem uero iustum dicimus simpliciter bonum.

Cuius diuersitatis ista est ratio. Nam unum quodque dicitur esse ens, in quantum absolute consideratur, bonum uero ut ex dictis patet, secundum respectum ad alia. In seipso autem aliquid perficitur ut subsistat p essentialia principia, sed ut debito modo se habeat ad omnia, que sunt extra ipsum, nõ perficit nisi mediante accidentibus. superadditis essentia, quia operationibus, quibus unum alteri coniungit, ab essentia mediantibus. uirtutibus essentia superadditis progrediuntur: unde absolute bonitatem nõ obtinet nisi in quod complem est secundum substantialem & secundum accidentalia principia. Quicquid autem creatura perfectionis habet ex essentialibus & accidentalibus principis simul coniunctis, hoc totum Deus habet per unum suum esse simplex. Simplex enim eius essentia, est eius sapientia, & iustitia, & fortitudo, & omnia huiusmodi, que in nobis sunt essentia superaddita. Et ideo ipsa absoluta bonitas in Deo idem est quod eius essentia: in nobis autem consideratur secun-

dam ea que superadduntur essentie. Et pro tanto bonitas completa, uel absoluta in nobis, & augentur & minuitur, & totaliter aufertur, non autem in Deo quamuis substantialis bonitas in nobis sempermaneat. Et secundum hunc modum uidetur Augustinum dicere quod Deus est bonus per essentiam, nos autem per participationem. Sed adhuc inter Dei bonitatem & nostram alia differentia inuenitur. Essentialis enim bonitas nõ attenditur secundum considerationem nature absolutam: sed secundum esse ipsius: humanitas enim nõ habet rationem boni uel bonitatis nisi in quantum esse habet. Ipsa autem natura uel essentia diuina est eius esse, natura autem uel essentia cuiuslibet rei creata non est suum esse, sed esse participans ab alio. Et sic in Deo est esse purum, quia ipse Deus est suum esse subsistens, in creatura autem est esse receptum uel participatum. unde dico quod si bonitas absoluta diceretur de creatura secundum suum esse substantiale, nihilominus adhuc remaneret habere bonitatem per participationem, sicut & habet esse participatum. Deus autem est bonitas per essentiam, in quantum eius esse est suum esse. Et hæc uidetur esse intentio philosophi in li. de Causis qui dicit, solum diuinam bonitatem esse bonitatem puram. Sed adhuc alia differentia inuenitur inter diuinam bonitatem & creaturæ bonitas. n. habet rationem cause finalis, Deus autem habet rationem cause finalis cum sit omnium uel primus finis, sicut & primum principium, ex quo oportet ut omnis alius finis non habeat habitudinem uel rationem finis nisi secundum ordinem ad causam primam, quia causa secunda non influit in suum effectum nisi presupposito influxu cause primæ: ut patet in lib. de Cau. unde & bonum quod habet rationem, non potest dici de creatura, nisi presupposito ordine creatoris ad creaturam. datur igitur quod creatura elset ipsum suum esse sicut & Deus, adhuc tamen esse creaturæ non haberet rationem boni nisi presupposito ordine ad creatorem: & proinde nõ adhuc diceretur bona per participationem, sed non absolute in eo quod est. Sed esse diuini quod habet rationem boni non presupposito aliquo alio rationem boni per seipsum, & hæc uidetur esse intentio Boetii in lib. de Hebdomalibus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod creatura non potest esse non bona bonitate essentiali, quia est bonitas secundum quid, potest tamen non esse bona bonitate accidentali que est bonitas absolute & simpliciter. Et præterea ipsa bonitas, que attenditur secundum esse substantiale nõ est ipsa essentia rei, sed esse participatum, & hoc præsupposito ordine ad primum esse per se subsistens.

AD II. dicendum, quod ab eo a quo res habet esse, nõ habet esse bonum secundum quid, scilicet secundum esse substantiale, non autem ab eo formaliter habet esse simpliciter, & esse bonum simpliciter, ut ex dictis patet. Et propter hoc ratio non sequitur. Et similitertur dicendum est ad tertium, & quartum.

AD V. dicendum, quod creatura non solum est a Deo secundum essentiam suam, sed secundum esse suum, in quo precipue consistit ratio bonitatis substantialis, & secundum perfectiones superadditas in quibus consistit bonitas absoluta, & hec sunt essentia rei. Et præterea ipse respectus quod essentia rei refertur ad Deum, uel ad principium, est aliud quam essentia.

AD VI. dicendum, quod hoc modo essentia diuina est bona sicut & ens, nisi sicut habet esse participationem, ita & bona est p participationem esse suum.

AD VII. dicendum, quod hoc modo essentia diuina est bona sicut & ens, nisi sicut habet esse participationem, ita & bona est p participationem esse suum.

AD VIII. dicendum, quod hoc modo essentia diuina est bona sicut & ens, nisi sicut habet esse participationem, ita & bona est p participationem esse suum.

AD IX. dicendum, quod hoc modo essentia diuina est bona sicut & ens, nisi sicut habet esse participationem, ita & bona est p participationem esse suum.

AD X. dicendum, quod hoc modo essentia diuina est bona sicut & ens, nisi sicut habet esse participationem, ita & bona est p participationem esse suum.

AD XI. dicendum, quod hoc modo essentia diuina est bona sicut & ens, nisi sicut habet esse participationem, ita & bona est p participationem esse suum.

AD XII. dicendum, quod hoc modo essentia diuina est bona sicut & ens, nisi sicut habet esse participationem, ita & bona est p participationem esse suum.

AD XIII. dicendum, quod hoc modo essentia diuina est bona sicut & ens, nisi sicut habet esse participationem, ita & bona est p participationem esse suum.

AD XIV. dicendum, quod hoc modo essentia diuina est bona sicut & ens, nisi sicut habet esse participationem, ita & bona est p participationem esse suum.

AD XV. dicendum, quod hoc modo essentia diuina est bona sicut & ens, nisi sicut habet esse participationem, ita & bona est p participationem esse suum.

AD XVI. dicendum, quod hoc modo essentia diuina est bona sicut & ens, nisi sicut habet esse participationem, ita & bona est p participationem esse suum.

enim, & bonum communiter acceptum est simpliciter
ejus quam essentia, quia communius: cum dicatur
non solum de essentia, sed etiam de eo quod per es-
sentiam subsistit, & iterum de ipsis accidentibus.

AD SEPTIMUM dicendum, quod unum, quod con-
uertitur cum ente, dicitur secundum rationem ne-
gationis quam addit supra ens: bonum autem non
addit negationem super ens: sed eius ratio in po-
sitione consistit, & ideo non est simile.

AD OCTAVUM dicendum, quod hoc modo bonitas
rei dicitur bona, sicut essentia rei dicitur bona, &
sicut esse rei dicitur ens, non quia eius sit aliquid ali-
ud esse: sed quia per hoc, esse res esse dicitur, & quia
hac bonitate res est bona, unde sicut non sequitur
quod ipsa substantia rei non dicatur per esse aliquid
quod ipsa non sit, quia eius esse non dicitur ens per
aliquid esse aliud ab ipso: ita prædicta ratio non se-
quitur de bonitate, sequitur autem de veritate de qua
introducitur eam Commen. in 4. Metaphysicorum:
quia unum indifferenter se habet ad hoc, quod respiciat
essentiam vel esse, unde essentia rei est una per seip-
sam, non propter esse suum, & ita non est una per ali-
quam participationem, sicut accidit de ente & bono.

ARTICVLVS VI.

Utrum bonum creaturæ sit in modo, specie, & ordine.

SEXTO queritur, utrum bonum creaturæ sit in
modo, specie, & ordine, sicut August. dicit. Et
videtur quod non, quia bonum habet rationem fi-
nis secundum Philosophum: sed tota ratio finis con-
sistit in ordine, ergo tota ratio boni, & ita alia duo
superfluent.

¶ 2 Præ. Ens, bonum, & unum secundum intentiones
differunt: sed ratio entis consistit in specie, unius
vero consistit in modo, ergo boni ratio non consi-
stet in specie & modo.

¶ 3 Præ. Species nominat causam formalem: sed
in hoc distinguuntur bonum & verum secundum
quosdam, quia verum dicitur rationem causæ forma-
lis, bonum autem rationem causæ finalis, ergo spes-
cies non pertinet ad rationem boni.

¶ 4 Præ. Malum & bonum, cum sint opposita, attri-
buntur circa idem: sed sicut Augustinus dicit in
libro 83. Questionum, Malum de specie privatione
reperitur, ergo tota ratio boni in positio-
ne speciei consistit, & ita superflue videtur mo-
dus & ordo.

¶ 5 Præ. Motus est de consequentibus rem: sed ali-
qua bonitas pertinet ad essentiam rei, ergo modus
non est de ratione boni.

¶ 6 Præ. Quæ Deus potest facere per unum, non
facit per plura: sed Deus potuit facere creaturam per
unum istorum, quia quolibet horum habet quan-
dam rationem bonitatis, ergo non oportet, quod
quolibet istorum trium requiratur ad rationem
boni.

¶ 7 Præ. Si ista tria sunt de ratione bonitatis, tunc in
quolibet bono oportet tria ista esse: sed quolibet
istorum trium est bonum, ergo in quolibet istorum
sunt ista tria, & ita unum non debet contra aliud diuidi.

¶ 8 Præ. Si ista tria sunt bona, oportet, quod habeant
modum speciem, & ordinem, ergo modi erit mo-
dus, & speciei species. Et sic in infinitum.

¶ 9 Præ. Modus species & ordo diminuantur per
peccatum secundum Aug. sed bonitas rei non di-
minuitur per peccatum, ergo ratio poni uniuersali-
ter non consistit in tribus prædictis.

¶ 10 Præ. Id quod est de ratione boni, non recipit p-

A dicationem mali: sed hæc tria recipiunt prædicationem
nem mali secundum Aug. in lib. de natura boni, di-
citur enim malus modus, mala species, & sic de
alijs. ergo ratio boni non consistit in his tribus.

¶ 11 Præ. Ambrosius dicit in Exam. quod natura
lucis non est in numero pondere, & mensura, ut alia
creatura: sed ex his tribus, ut dicit Augustinus, con-
stituuntur tria prædicta. cum ergo lux sit bona, ra-
tio boni non includit tria prædicta.

¶ 12 Præ. Secundum Bern. modus charitatis est non
habere modum, & tamen charitas bona est. ergo
non requirit tria prædicta.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libro de
Natura boni, quod ubi hæc tria sunt magna magnum
est, ubi parua paruum, ubi nulla nullum. ergo ratio
boni in his tribus consistit.

¶ 1 Præ. Augu. in eodem libro dicit, quod secun-
dum hæc aliqua dicuntur bona, quod moderata,
ordinata, & speciosa.

¶ 2 Præ. Creatura dicitur bona secundum respectum ad
Deum, sicut vult Boetius in lib. de Hebdoma: sed
Deus habet ad creaturam habitudinem triplicis cau-
sæ. scilicet efficientis, finalis, & formalis, ex ætatis. ergo &
creatura est bona secundum habitudinem ad Deum
in ratione triplicis causæ: sed secundum hoc, quod com-
paratur ad Deum, ut ad causam efficientem, habet mo-
dum sibi Deo præfixum: ut autem comparatur ad eum,
ut ad causam exemplarem, habet speciem: ut autem
comparatur ad eum, ut ad finem, habet ordinem. ergo
bonum creaturæ consistit in modo, specie, & ordine.

¶ 3 Præ. Creaturæ omnes ordinantur in Deum mediā-
te rationali creatura, quæ est sola capax beatitudi-
nis: hoc autem est in quantum a rationali creatura cogno-
scitur. ergo cum creatura sit bona ex hoc, quod ordina-
tur ad Deum, ad hoc quod sit bona, hæc tria requiruntur.
scilicet quod sit existens, & quod sit cognoscibilis, & quod
sit ordinata. Est autem existens per aliquid modum,
cognoscibilis per speciem, ordinata autem per ordi-
nem. ergo in his tribus consistit bonum creaturæ.

¶ 4 Præ. Sapientia undecimo dicitur, omnia in nume-
ro, pondere, & mensura constituit: sed secundum Aug. 3.
super Gene. ad literā, cuiuslibet rei modum mensu-
ra præfigit, numerus speciem præbet, pondus vero
dat ordinem. ergo in his tribus modo specie, & or-
dine bonitas creaturæ consistit, cum creatura secu-
dum hoc sit bona, quod a Deo sit disposita.

RESPON. Dicendum, quod ratio boni in tribus præ-
dictis consistit secundum, quod August. dicit. Ad huius autem
evidentiam sciendum est, quod aliquod nomen potest
respectu importare dupliciter. Vno modo sic, quod
nomen imponatur ad significandum ipsum respec-
tum, sicut hoc nomen pater, vel filius, aut paternitas
ipsa. Quædam vero nomina dicuntur importare respec-
tum, quia significant rem alicuius generis, quæ conu-
nitur respectu: quæuis nomen non sit impositum ad
ipsum respectum significandum: sicut hoc nomen scien-
tia est impositum ad significandum quandam
quæ sequitur quidam respectus, non autem ad significandum
respectum ipsum. Et per hunc modum ratio boni respec-
tum implicat, non quia ipsum nomen boni significet ip-
sum respectum solum: sed quia significat id, ad quod
sequitur respectus cum respectu ipso. Respectus autem
qui importatur nomine boni, est habitudo perfecti
ui, secundum quod aliquid natum est perficere non solum secundum
rationem speciei, sed secundum esse, quod habet in rebus:
hoc enim modo finis perficit ea, quæ sunt ad finem.
Cum autem creaturæ non sint suum esse, oportet
Quæst. dicit S. Tho. HHH quod

c. 1. & seq. tom. 6. cap. 1. 2. 3.

c. 9. a med. tom. 3.

De natura boni cap. 3. De eligendo Deo in prin.

c. 3. a med. tom. 6.

c. 3. parum a prin.

Lib. in omne quod est bonum sit, & recipiatur a med.

4. sup Gene. cap. 3. circa med. tom. 3.

De Nat. bo- ni c. 1. to. 6.

quod habeant esse receptum. Et per hoc eorum esse est finitum, & terminatum per mensuram eius, in quo recipitur. Sic igitur non ista tria, quae August. ponit, ultimum, scilicet ordo, est respectus, quem nomen boni importat: sed alia duo, species scilicet & modus causant illum respectum. Species enim pertinet ad ipsam rationem speciei, quae quidem secundum quod in aliquo esse habet, recipitur per aliquem modum determinatum, cum omne quod est in aliquo, sit in eo per modum recipientis. Ita igitur unumquodque bonum, in quantum est perfectum secundum rationem speciei, & esse simul, habet modum, speciem, & ordinem. Speciem quidem, quantum ad ipsam rationem: modum, quantum ad esse ordinem, quantum ad ipsam habitudinem perfectiui.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procederet, si nomen boni esset impositum ad significandum ipsam habitudinem, quod falsum est, ut ex dictis patet, & propter hoc ratio non sequitur.

AD SECUNDVM dicendum, quod bonum non differt ratione ab ente, & vno, ut quasi habeant oppositas rationes: sed quia ratio boni includit rationem entis, & vnus, & aliquid addit.

AD TERTIVM dicendum, quod secundum Philosophum in 8. Metaphysic. sicut in numeris quilibet vnitas, vel addita, vel remota variat numeri speciem, ita in definitionibus quodlibet additum, vel remouit diuersam speciem constituit. Ex ipsa igitur specie tantum constituitur ratio veri, in quantum verum est perfectum secundum rationem speciei tantum, ut ex dictis patet: sed ex specie simul, & numero constituitur ratio boni, quod est perfectum non solum secundum speciem, sed secundum esse.

AD QVARTVM dicendum, quod cum dicit August. quod totum malum est repertum de speciei privatione, non excludit alia duo, quia ut ipse in eodem libro dicit, ubi est aliqua species, necessario est aliquis modus. Ordo etiam consequitur speciem, & modum: sed nominat speciem tantum, quia alia duo ipsam speciem consequuntur.

AD QVINTVM dicendum, quod ubicumque est aliquid receptum, oportet ibi esse modum, cum receptum limitetur secundum recipientem. Et ideo, cum esse creaturae essentiale, & accidentale sit receptum, sic modus non solum inuenitur in accidentalibus, sed in substantialibus.

AD SEXTVM dicendum, quod cum in istis tribus rationibus boni constituitur, non potuit a Deo fieri, quod aliquid esset bonum non habens modum, speciem, & ordinem, sicut ab eo fieri non potuit, quod aliquis esset homo, qui non esset animal rationale.

AD SEPTIMVM dicendum, quod modus, species, & ordo, singulum eorum est bonum, non illo modo dicendi bonum, quo subsistens in bonitate est bonum, sed quo principium bonitatis bonum est. Unde non oportet, quod singulum eorum habeat modum, speciem, & ordinem, sicut non oportet, quod forma habeat formam, quamuis sit ens, & omne ens sit per formam. Et hoc est quod quidam dicunt, quod cum dicitur omnia habere modum, speciem, & ordinem, intelligitur de creatis, non de concreatis. Et per hoc patet solutio ad octauum.

AD NONVM dicendum, quod quidam dicunt modum speciem, & ordinem secundum quod constituunt bonum naturae, & secundum quod diminuntur per peccatum pertinet ad bonum moris, esse eadem secundum rem, sed differre secundum rationem, sicut patet in vo-

luntate, quod ipsa vna & eadem potest considerari, in quantum est natura quadam, & sic sunt in ea modus, species, & ordo constituenta bonum naturae, vel in quantum est voluntas, prout habet ordinem ad gratiam, & sic attribuitur modus speciei & ordo, quae possunt diminui per peccatum, quae constitunt bonum moris, vel potest dici quod cum consequatur esse & bonum per speciem, modum, & ordinem constituitur, sicut est aliud esse substantiale, & accidentale, ita constat esse aliam formam substantialem, & accidentalem, & utraque proprium habet modum, & proprium ordinem.

AD X. dicendum, quod secundum Augustinum in libro de Natura boni, modus, species, & ordo, non ideo dicuntur mala, quia in se mala sunt, sed quia vel minorata sunt quam esse debeant, vel quia non accommodantur quibus accommodanda sunt. Et ideo ex aliqua privatione circa modum speciem, & ordinem dicuntur mala, non autem ex seipsis.

AD XI. dicendum, quod verbum Ambrosii non est hoc modo intelligendum, quod lux omnino caret modo, cum habeat limitatam speciem, & virtutem, sed quia non determinat per respectum aliquorum corporaliu, eo quod ad omnia corporalia se extendit, in quantum omnia nata sunt vel illuminari vel alios effectus per lucem recipere, ut patet per Dionysium in quarto capite de diuinis nominibus.

AD XII. dicendum, quod charitas secundum esse suum, quod habet in subiecto, modum habet, & sic creatura quaedam est, prout non comparatur ad obiectum infinitum, quod Deus est, non habet modum, ultra quem charitas nostra procedere non debet.

QVAESTIO XXII.

De appetitu boni & voluntate.

In quindecim articulos diuisa.

- ¶ Primo quaeritur, Vtrum omnia appetant bonum.
- ¶ Secundo, Vtrum omnia appetant ipsum Deum.
- ¶ Tertio, Vtrum appetitus sit quaedam specialis potentia animae.
- ¶ Quarto, Vtrum voluntas in rationalibus sit alia potentia praeter appetituum sensitivum partem.
- ¶ Quinto, Vtrum voluntas aliquid de necessitate velit.
- ¶ Sexto, Vtrum voluntas de necessitate velit quod vult.
- ¶ Septimo, Vtrum aliquis mereatur volendo id quod de necessitate vult.
- ¶ Octavo, Vtrum Deus possit cogere voluntatem.
- ¶ Nono, Vtrum aliqua creatura possit immutare voluntatem vel imprimere aliquid in ipsam.
- ¶ Decimo, Vtrum voluntas & intellectus sint eadem potentia.
- ¶ Undecimo, Vtrum voluntas sit altior potentia quam intellectus, vel e converso.
- ¶ Duodecimo, Vtrum voluntas moueat intellectum, & alias vires animae.
- ¶ Tertio decimo, Vtrum intentio sit actus voluntatis.
- ¶ Quartodecimo, Vtrum eodem motu voluntas velit finem, & intendat ea quae sunt ad finem.
- ¶ Quintodecimo, Vtrum electio sit actus voluntatis.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.

idem lib. c. 3. to. 6.